CAMBRIDGE

Cambridge University Press
978-1-108-04294-9 - Giraldi Cambrensis Opera: Speculum Ecclesiae. De Vita Galfridi Archiepiscopi Eboracensis: Volume 4
Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner
Excerpt
More information

GIRALDI CAMBRENSIS

SPECULUM ECCLESIÆ.

© in this web service Cambridge University Press www.cambridge.org

CAMBRIDGE

Cambridge University Press
978-1-108-04294-9 - Giraldi Cambrensis Opera: Speculum Ecclesiae. De Vita Galfridi Archiepiscopi Eboracensis: Volume 4
Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner
Excerpt
More information

© in this web service Cambridge University Press www.cambridge.org

CAMBRIDGE

Cambridge University Press
978-1-108-04294-9 - Giraldi Cambrensis Opera: Speculum Ecclesiae. De Vita Galfridi Archiepiscopi Eboracensis: Volume 4
Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner
Excerpt
More information

GIRALDI CAMBRENSIS

SPECULUM ECCLESIÆ.

DISTINCTIO I.

PROŒMIUM.

. . . . . quod nos quidem et coætanei nostri tempore sereniori pariter et feliciori; donec non solum in trivio, verum etiam in auctoribus et philosophis, necnon et metricis ac dictaminum studiis magistrati[1] plenius essemus et consummati xx. annorum, et . . labore contin[uo] . . . temptavimus . . . scilicet etiam maturi quod . . [di]dicerunt, et inutiliter alios docentes, similesque magistris discipulos effic[ien]tes, tantum et tam e[nor]mem hodie defectum in literatura facere præsumpserint. State of learning in England.

Nec mirum, quia juxta illud Plauti elogium :

"Ex insensibili ne credas [sensibile] nasci."

Verumtamen qu[ia] . . . monasticos non circa mo . . . . libros imperi[ales] tam ad Digesta scilicet quam ad Codices, necnon et element . . um librum Institutiones [sa]ltu præpropero transvolare. Propter quod ædificio abs[que] fundamento constructo . . . no venti impulsu . . n te statim et titu . . . quotiens . . . .

[1] *magistrati*] magis sati. MS.

© in this web service Cambridge University Press www.cambridge.org

CAMBRIDGE

Cambridge University Press
978-1-108-04294-9 - Giraldi Cambrensis Opera: Speculum Ecclesiae. De Vita Galfridi Archiepiscopi Eboracensis: Volume 4
Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner
Excerpt
More information

a . . . . non qui particula . . . . si per panniculos comparant sibi scientias; in singulis solum apparentes et absolutam in nullis omnino perfectionem habentes, et juxta versus hujus sententiam non incedentes:

"Artes per partes non partes disce per artes."

Alii vero magistrati, quorum ho . . . . suæ literaturæ . . . . cujusdam signum et etiam præsumptuosæ species

---

[1] The whole passage was before Ant. Wood when writing his work on the Antiquities of the University of Oxford.

A.D. MCLXXXVIII.

"Varii per hos annos viri com-" parebant, qui vel theologiæ scho-" lasticæ, vel legum, vel philosophiæ, " philologiæ ibidem, artiumque pe-" ritia magnum sibi nomen peperere; " quamvis a politiori, uti dictum " est, eruditione discitum a pleris-" que, et ad legum studia transcur-" sum jam esset; author enim nobis " est Sylv. Gyraldus, hujus ævi " studiosos, quam primum ipsa " literarum rudimenta superassent " verborumque syntaxin et accentus " paulum modo didicissent, libros " imperiales, lucri spe abductos, " confestim arripuisse; nec institu-" tionibus tantum et elementis, " verum Digestis quoque, Codici et " Authenticis festinam operam ad-" dixisse. Prædictus nobis Merla-" cus, super eodem, ni fallor, " argumento disserens, de seipso " refert, quod, cum inter Hispanos " ageret, inque patriam revocatus, " iter esset instructurus, certior " illico factus est, artes apud nos " ingenuas silentio multatas, pro-" que Aristotele et Platone solum " Titium et Seium studiosorum in " manibus versari; quam rem tam " sollicitum habuisse se memorat, " ut reditum in Angliam aliquan-" tisper distulerit; tamen (inquit " ille) ne ego solus inter Romanos " Græcus remanerem, ubi ejusmodi " studium florere didiceram, iter " arripui. Profecto desultorium " illud academicorum ingenium, " quo ad nova protinus studia præ-" cipites ferebantur, viros ubique " prudentes plurimum angebat.

"Gyraldus enim quem diximus " saltum hunc a bonis literis ad " leges pessime factum ostendens, " narratiunculam de clerico Oxoni-" ensi, nomine Martino, haud inep-" tam instituit; leges Bononiæ im-" bibisse perhibens, Oxoniamque " regressum, in eas simultates cum " jurisconsultis nostris incidisse, ut " quoties causa aliqua per procura-" tores administranda coram judice " esset, et Martino omnes, et omni-" bus Martinus perpetuo contrave-" nerit. Addit insuper Gyraldus, " quod cum causam die quodam " diceret Martinus, et in lege qua-" dam a reliquis allegata, ejusque " sententiæ expressis ut videretur " verbis repugnanti, hæreret; con-" clamabant una voce omnes, tan-" quam triumphato illudentes: 'Per " 'hanc legem, Martine, salies, sicut " 'simiæ saltanti dici solet, perque " 'legem istam velis nolis saltum " 'facies.' Quibus indignabundus

© in this web service Cambridge University Press www.cambridge.org

CAMBRIDGE

Cambridge University Press
978-1-108-04294-9 - Giraldi Cambrensis Opera: Speculum Ecclesiae. De Vita Galfridi Archiepiscopi Eboracensis: Volume 4
Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner
Excerpt
More information

videtur arrogantiæ, antiquitatis vocabula, et tamquam [antiqu]itate sepulta contra usum publicum resuscitare conati, et ea quæ stantia sunt et in communi favore pollentia . . . . ere pr . . . . . .

" mordaciter tamen et lepide satis respondit in hunc modum: 'Si saliendum est mihi, saliam quidem, 'sed non saltum quem vos fecistis 'omnes, a *cum animadverterem* '(locum ea verba in jure allegato 'auspicabantur) usque *ad imperatoriam majestatem* (quæ ibidem 'etiam occurrunt); si rumpi debeatis et crepere medii, id nec feci 'revera, nec faciam.' Hæc in jurisperitos, *pauperistas* dictos, maxime intentabantur, quorum plures Oxonii tum erant, a *libro pauperum* nomen sortiti; is vero in multo jam usu liber erat, uti et sæculo proxime currenti consimilis ille alter, *Thesaurus pauperum* nuncupatus, a Petro Tusculo conscriptus, qui Romæ deinceps, nomine Johannis XXII. sedebat. Neque vero saltui isti scriptis tantum refragabantur nostrates, sed et exterorum haud pauci eidem reclamabant; inter quos, tempore, non eruditione postremus, Petrus Ramus rem fusissimo risu excipiendam arbitratur, ut Parisienses loco annorum integrorum, philosophiæ nempe studiis olim insumptorum, totidem vix mensibus in eisdem collocatis inde magistri si Diis placet, appellationem confestim sibi arrogarent; quos magistros utique per saltum nominandos haud immerito existimat.

MCLXXXIX.

"In aperto jam est artium ingenuarum cognitionem, legum partim studio, partim religiosorum infantia eodem fere tempore in Anglia perinde ac in Gallia depravatam fuisse; quod Johannis etiam Sarisburiensis testimonio ulterius astruitur, qui rempublicam literariam, tum Lutetiæ, tum præsertim Oxoniæ labefactatam graviter hac ætate testatur; cui astipulatur Daniel Merlacus, qui professorum Parisiensium inscitiam passim criminatus, in libro superius dicto, his eosdem verbis uberius proscindit. 'Cum dudum ab Anglia 'me causa studii cepissem, et Pa'risiis aliquamdiu moram fecis'sem, videbam quosdam bestiales '(eo verbo utendum censet) in 'scholis gravi authoritate sedes 'occupare, habentes coram se 'scamna duo vel tria, et descriptos 'Codices importabiles aureis lite'ris Ulpiani traditiones repræsen'tantes, necnon et tenentes stylos 'plumbeos in manibus, quibus 'asteriscos et obelos in libris suis 'quadam reverentia depingebant; 'qui dum propter inscitiam suam 'locum statuæ tenerent, tamen 'volebant sola taciturnitate videri 'sapientes, sed tales cum aliquid 'dicere conabantur, infantissimos 'reperiebam,' etc. Cæterum quantumcunque divinarum humanarumque literarum professores nostri in legendo inscitiam prodidere, parem eorundem discipuli in discendo pigritiam ostendebant; utque author est Lelandus, inculta quædam barbaries summæ eruditionis per hæc sæcula loco habebatur; quod quidem ego docentium fatuitati præcipue ascribam. Cum enim tam incondita disciplinæ rudimenta jacerentur, mirum non est solidi nil quicquam superstrui

CAMBRIDGE

Cambridge University Press
978-1-108-04294-9 - Giraldi Cambrensis Opera: Speculum Ecclesiae. De Vita Galfridi Archiepiscopi Eboracensis: Volume 4
Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner
Excerpt
More information

. . . .
magis exprimere; quorum immemores dilig . . memores Notandum autem quod monachi Cistercienses, qui juxta primævam ordinis institutionem et intentionem superflua, Cluniacensium et abusiva vic . . . da di[dic]erunt in dictis . . . [mutat]ionem vitiis ipsos [imi]tantur, sicut . . . . . montani . . . . ris . . . . .
. . . .
dialecticæ atque [me]andris, tanquam apud . . neos scopulos consenes . . s. Ideoque propter hujusmodi tale vitandum dialecticam in limine salutandam sapiens r . . . et.

Porro quatinus an . . . rescripta monachorum [Cantuar]iensium in pronun . . . cia, denique revertа[mur] . . . difficile est a consu . . . .
. . . .
quia nullorum addict . . . verba priorum sine ma . . . deberent, aut etiam hoc verbum au . . . et similia, penultima syllaba quasi producta pronuntiare consueverunt . . . .
. . . .
. . . .
dictiones ad res melicas, scilicet vel me . . modulationes pro . . ne peccatum unius loci incuria proveniens solum, inquam, imperitia in uni[versi]tatem forte

" potuisse; dum hebetiores aliquali " cognitione inflarentur, qui judicio " vero et indole magis pollerent, " cœpti tam inauspicato itineris " pertæsi, ad veram eruditionem " perveniendi spem omnem abjice- " rent. Quippe clerici nunc Angli- " cani in triplici ponebantur diffe- " rentia; ut a Radulpho Beluacensi " proditum est, qui in re gramma- " tica, humaniorique universim " literatura, coætaneis omnibus " facile præluxit. Primos *Superse-* " *minatos* vocat, illos denotans, qui " nullum artium fundamentum " ponentes, in earum tamen tabu- " latis tectisque exigendis satage- " bant, quorum omnes propterea " conatus in irritum necessario " cadebant. Proxime istos, *Pan-* " *nosos* (uti nuncupat) collocandos " censuit; quos doctrinam *particu-* " *latim et quasi per panniculos* arri- " puise perhibet, apophthegmatum " et sententiarum collectores, nulla " scientia instructos; utpote quibus " e versiculo illo persuasum vide- " retur: 'Artes per partes, non " 'partes disce per artes,'" etc.

© in this web service Cambridge University Press www.cambridge.org

Cambridge University Press
978-1-108-04294-9 - Giraldi Cambrensis Opera: Speculum Ecclesiae. De Vita Galfridi Archiepiscopi Eboracensis: Volume 4
Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner
Excerpt
More information

redundet; ne clerus Angliæ totus culpa quorundam contaminatus . . . inta literaturæ sine . . . prærogativa cæteris . . . semper hactenus longa de ro . . ens lapsus in defectum . . videatur; ces . . . . e regni in perpetua barbarismorum vitia et delictorum protenus ac maledicorum cessabunt convicia . . . . Tempus enim de quo Sibyllæ vaticinium olim mentionem fecit, quod magistrum Meinerium, principalem Petri Abalardi discipulum et rhetorem incomparabiliter eximium, in auditorio suo Parisius coram multitudine scholarium recitantem audivimus et plangentem, damnisque futuris [valde compatientem, jam advenit. Erat autem vaticinium tale]; "Venient dies [et væ illis] in quibus leges [obliter]abunt scientiam literarum[1]" . . . . .

---

[1] *literarum*] See *Gemma Eccl.* ii. 37. The sense of the whole passage has been preserved by Ant. Wood in his Antiq. Univer. Oxon. p. 54, quoting from this work of Giraldus, then unmutilated.

"Status jam doctrinæ quoad "theologiam et philosophiam calamitosus plane erat. Causæ autem artium neglectarum (quemadmodum viri eruditione celebres "testantur, et inter illos Gyraldus) "sic se habebant. 'Causam (inquit "'ille) tanti defectus hujus et tam "'generalis hanc esse noveritis, "'quod literaturæ radicem et fundamentum eatenus inconcussum "'leges imperiales in regnis occiduis jam propemodum, immo "'præter modum, hodie suffocarunt. "'Tempus enim de quo Sibyllæ "'vaticinium olim mentionem fecit "'(quod magistrum Menervium, "'principalem Petri Abulardi discipulum et rhetorem incomparabilem, eximium in auditorio suo, "'Parisiis coram multitudine scholarium recitantem audivimus et "'plangentem, damnisque futuris "'valde compatientem) jam advenit, erat autem vaticinium tale: "'Venient dies, væ illis, quibus "'leges obliterabunt scientiam literarum.'

"Secunda literaturæ defectus "causa est (inquit ille) quod scholares diebus istis in trivio studentes, prætermissis omnino fere "duabus facultatibus pernecessariis, "quarum prima recte, secunda vero "lepide loqui docet et ornate, ad "studium logices et garrulæ loquacitatis apparentiam, quatinus acuti "videantur et diserti, se cursu veloci transferre deproperant; cathedramque magistralem solum "triennii spatio seu quadriennii, "quatinus quod male didicerunt et "imperfecte, doctrina prorsus inutili cæteris insinuent, et ut magisterii nomine tumescant, et ad leges "aut physicam, lucrosas scilicet "pro tempore scientias illico transeant, scandere non erubescunt;

© in this web service Cambridge University Press www.cambridge.org

Cambridge

Cambridge University Press
978-1-108-04294-9 - Giraldi Cambrensis Opera: Speculum Ecclesiae. De Vita Galfridi Archiepiscopi Eboracensis: Volume 4
Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner
Excerpt
More information

. . . . antiquitus enim imperatorum et principum, qui per honores quos . . . philosophis atque poetis linguæ Latinæ moderatoribus or . . . erebant . . artes . . studiis atque labores . . . hinc floruit . . . ium et in artium (?) arduo celsitudinis vertice [sci]entia stetit. Item et proprio . . nostro tempori diebus dum et ecclesiasticæ dignitates dignis et juxta merita bona, viris videlicet eruditis et liberaliter instructis conferebantur, literarum studiis plurimum indulgebatur. Verum modernis his tempestatibus, quibus [pri]ncipis et illiterati[1] . . . .

. . . .

. . . .

. . . aliter Lucas . . . in Actibus, gaud . . . scripsit, quoniam digni . . . sunt pro nomine Illius vel contumeliam pati. Ecce, qualiter non pro nomine modo Jhesu simpliciter dignos pati contumeliam dixit; plane quoniam . . . pa raritate plerumque pretiositatis augmentum rebus accrescat, juxta illud Jeronymi el[o]gium, pulegium apud . dos pipere pretiosius est, literaturam de qua loquimur, cujus etiam quàsi carmen querulum et planctum quoque tanquam epithalamicum hic emisimus, litteratorum raritas ipsa virorum futuris forte diebus conjectura probabili denuo pretiosam efficiet et gloriosam. Quatinus ad ipsam iterum tanquam ad

" quod nos quidem et coætanei nostri tempore sereniore pariter et feliciore, donec non solum in trivio, verum etiam in authoribus et philosophis, necnon et metricis ac dictaminum studiis massati plenius essemus consummati, xx. annorum aut plurium labore continuo non attentavimus. Ita is. Deflorescentibus itaque artibus tum in trivio tum in quadrivio positis, succrevit paulatim (ut paucos post annos dicemus) adulterina ea eruditio, quæ barbariem unice invectura videbatur."

[1] Here follows a column and then a page so mutilated that no sense can be made of them. They refer apparently to the miserable condition of learning in England. This is succeeded by a reference to passages in St. Mark's gospel and St. Paul's epistle scarcely less defective, and of no historical importance.

© in this web service Cambridge University Press www.cambridge.org

Cambridge University Press
978-1-108-04294-9 - Giraldi Cambrensis Opera: Speculum Ecclesiae. De Vita Galfridi
Archiepiscopi Eboracensis: Volume 4
Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner
Excerpt
More information

linguæ Latinæ matrem atque magistram viri scholastici irreparabilium plangentes [harum] damna dierum caterva[tim] . . . accurrant; præsertim . . m si principes literati regi regna et imperia . . . literarum . . . .
. . . .
quorum radix qui[dem ama]ra fructus autem dul[cis, for]san ex parte redolentes s . . tem apud posteros, quoniam et livore vacuos, et literis forte reversis ac resuscitatis affatim erudiendos dignis efferri laudibus affectamus.

Utinam igitur in regni Anglicana sede suprema ecclesiarum ejusdem omnium digne debiteque tanquam superlativa de cætero cesset in choro vitiosa dictorum prolatio cuncta, literarumque decus et gloria saltem in fine temporis ad pristini status honorem sit reversura . . . . em, in brevi literatura . . surget
. . . .
. . . .
consequens . . . . detur ut cum saltum . .
vix a literis scilicet et sylla . . . u ad leges more solito . . . nequeant, prætermissis laicorum legibus et verbosis atque clamosis absque medulla constitutionibus, ad literales scientias artesque liberales canonicas demum theologicasque superædificando disciplinas humanæ saluti pernecessarias, felici mutatione convertantur.

Ad literaturæ quoque reparationem, et tempestivam sanioris doctrinæ reversionem, illud etiam ex parte facere posse videtur, quod libri quidam, tanquam Aristotelis intitulati, Toletanis Hispaniæ finibus nuper inventi et translati, Logices quodam modo doctrinam profitentes, et tanquam prima fronte præferentes, vel philosophicas longe magis de rerum scilicet naturis inquisitiones et subtiles quoque discussiones, quam . . . .
. . . . det, et prioribus . . . . .

© in this web service Cambridge University Press www.cambridge.org

CAMBRIDGE

Cambridge University Press
978-1-108-04294-9 - Giraldi Cambrensis Opera: Speculum Ecclesiae. De Vita Galfridi Archiepiscopi Eboracensis: Volume 4
Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner
Excerpt
More information

doctrinæ sanioris . . . novitatibus . . . . et hæreses . . [ni]miis affectibus adhærentes indulserunt, nuper in Franciæ [finibus], ne legerentur amplius in scholis sunt prohibiti. Quapropter relictis vanis disciplinis illis et erroneis, ad saniores doctrinas, solidiores et salubriores, Deo inspirante, convertantur.

Quamquam autem indecens sit plurimum ut epistola libellum prolixitate redoleat, adjiciendum hic tamen quod ad vocandum et adjiciendum scholarium mentes ad studia pristina, subtilia quidem magis quam utilia, super librum Aristotelis quendam *De Anima* intitulatum, hoc scriptum quidem est inventum: "Indignum "revera est valde ut id quo est sciens homo nesciat; "et quo rationalis est nulla ratione comprehendat. "Quomodo enim Deum vel se poterit diligere, vel quod "in se melius est co . . . . cicur ignorans . . ."

. . . .

logica semper . . . m ejus ne fu . . . em Jeronymi ad quem . . . . super pennas ven[ti] . . . . s inquisitionibus ambulare volentem, quinimmo tanquam pernicibus alis, præsumptuosis pariter et perniciosis, longe trans nubes et astra volare nitentem: "Quid "te torques," inquit, "et maceras in illa quæstione, "quam subtilius est et utilius contemnere quidem "quam vel solvere vel ratione discutere." [Et apostolus ad] Timotheum ". . . et sine disciplina quæstiones devita"[1] * * * *

Quoniam, ut ait Cassiodorus: "Noli celare speculum men-"tis tuæ ubi te possit omnis ætas futura perspicere."

Notandum hic autem quod, sicut philosophanti cuilibet, duo sunt necessaria, sapientia scilicet et sufficientia, juxta illud poetæ:

"Quis locus ingenio est, nisi cum se carmine solo
"Vexant, et dominis curæ nisæque feruntur;
"Pectora nostra duas non admittentia curas?"

[1] Here follow some extracts from the Fathers of no interest, mutilated like the rest of the MS.

© in this web service Cambridge University Press www.cambridge.org